Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Quomodo invocabunt in quem non crediderunt
aut quomodo credent ei quem non audierunt Quomodo autem audiet sine prædicante
Quomodo autem prædicabunt nisi mittantur sicut
scriptum est: quam speciosi pedes evangelizan
tium pacem: evangelizantium bona. Sed non om
nes obedierunt evangelio Esaias enim dicit Domine
quis credidit auditui nostro Ergo fides ex au
ditu: auditus autem per verbum xpi Sed dico:
Numquid non audierunt Equidem: in omnem
terram exivit sonus eorum: et in fines orbis terre
verba eorum Gr. Constitues eos Alla Non nos me.

Deus in tua virtute sanctus andreas gau Sequentia
det et letatur eadem comitatus Piscator natus tu
pe primum factus piscator piscis Miramidones ydolatis
diu fluctuantes recte cepit fidei Hys legibus achae
tus deus victor illis subiugavit Et tropheum xpi
tu fixit ibi victum se ostentans militem Miraculis
virtutibus doctus quecumque quesita spolia tibi o rex attu
lit Atque suo cruore triumphi inscripsit titulo tui regni
domine Estimantes locum et regem credimus Christi
filii tui atque fratercaulum Nos igitur pietis vestris gratia
te deum poscimus Et illius qui tua semper sectatus
precepta tibi placent Nos intercessione tuearis metum

Vt. Ambulans iesus Secundum Matheum
iuxta mare gallilee vidit duos fres symonem
qui vocatur petrus: et andream fremeius
mittentes in mare rete Erant enim piscatores
Et ait illis Venite post me: et faciam vos
fi piscatores hominum At illi continuo relictis retibus
secuti sunt eum Et procedens inde: vidit alios
duos fres: iacobum zebedei et iohannem fremeius